

Argui quum Crator ea, quae sublimitate sua ac
 tractate eloquentiam excedunt, facundissime commendat,
 confessione candida omittat, quia, quae cum cura et appo-
 sita facientur, magna pars eorum sunt, quae optime dicun-
 tur: quaedam tamen obiter quod ab iis fieri solet, qui ter-
 rarum situs pingunt, ut in brevi quasi tabella Universum
 orbem, non tam aequaturi, quam representaturi amplectan-
 tur, de Moderamine Solis enumerabo potius, quam recensito.
 Et profecto ita: quod Sol purissimus mundi oculis reliquos
 Planetas loco non moveat, sed eorum cursum moderetur.
 Et ita: quod Sol tardior, quod altior incedat. Est et ita:
 quod ab Eclyptica sua linea vel tracentisissimorum
 signorum meta, vel coeterorum praeter coeteris curam discedat.
 Quod prius quidem concernit: Solem omnino deus tam
 lucem, quam calorem Principem mediorum, in-
 Planetas constituit, eidemque quasi ius vitae et na-
 tis contulit. Unde et ipse per celerrimum vertiginis mo-
 tum Planetas omnes in eandem, in quam et ipse volvi-
 tur, plagam virtute sua, per spatium illud liquidissimum
 circumfert totum hoc pacto Planetarum eorum tan-
 quam, Rex imperiosissimus gubernans. Quod ad posterius:
 motu utique apparente Sol, dum est in signis Borealibus
 hoc aequo namque, in Australi plus aliquando conficit: Ita
 et quanto tardius illic, ubi nobis altior, tanto velocius
 hinc, ubi nobis propior progredi videatur. Quod ad ter-
 tium: solus certe Sol est, qui regia illi via, quam
 Eclypticam Astronomi vocant, corporis sui centro sem-
 per insistit: dum interim fixarum stellarum agmen du-
 tum parallelo tantum secundum Eclypticam incedit, re-
 liqui vero Planetae satellitum instar viam istam ul-
 tra citroque transgrediantur. Parili ratione Bong
 Princeps, se esse vice-Deum ac Numinis Trin-Unionis